Cod: CLXXXIX.

Chartac: Fol: Saec: 15.

2
3.Z.

1.

Henrici de Hassia Lectura super prologo bibliorum.

1a-120a

Henrici de Hassia (: seu Langenstein:) Lectura super prologo bibliorum. Titulus praefert: " Incipit lectura Magistri Hen,
,rici de Hassia pie memorie super prolo,
,go Biblie." Operis ipsius initium est:
" Ita scribitur in capite totius divine
scripture &c:" In fine additur: "Expli,
,cit prologus Byblie per illuminatumquen,
,dam Magistrum ac professorem sacre Pa,
,gine Heinricum de Hassia editus". De eadem lectura jam est actum in Codice CXIV.

2

De Indulgen,
,tiis.

120a-121a

De Indulgentiis breve scriptum. Incipit:
Notandum quod ad hoc quod indulgencie
valeant quatuor requiruntur."

3

Henrici de Has,
,sia junioris Com,
,mentarius in pro,
,verbia Salomo,
,nis.

123a-182b

Henrici de Hassia junioris Comenta,
,rius in parobolas i: e: proverbia Salomo,
,nis. Titulo caret; initium est: "Qui
congregat thesauros lingua mendacii va,
,nus et excors est et impingetur ad laque,
,os mortis prov: 21. hys verbis ex: docet
nos Salomon". Integer an sit vel mutilus,
nescio. Huic autem Henrico ut tribuam,

me movent Trithem: de Script: eccl: Cap: 754.
Bernardus Pez: in dissert: anag: ad Tom: I.
Anect: Fabric: Bibl: med: & inf: latin: T: III.
pag: 220.

Henricus de Hassia junior, Carthusi-
anus, et Prior domus Gelriæ obiit aō
1427.

4

Quæstiones theologicæ. 184a–206b

Quæstiones theologicæ de Sacramento
Eucharistia, de Pœnitentia, Confessione
&c: Incipiunt: "De diversis defectibus et
negligenciis, que contingunt in missa notan-
dum." In calce: "Et sic est finis illius
tractatuli!" Post imediate subjungitur:
Idem sermone XXXj super cantica Di-
cit: Dei enim edificacio est agricultura,"
cui in fine additur: "finitur sermo
LXiiij. Sequitur dein sermo: Ecce nos reli-
quimus omnia, quo finito Comentarius in
Cantica, qui incipit: "Bernhardus super
cantica sermone 20 sic incipit" &c.

Has quæstiones theologicas, uti et Comenta-
rium in Cantica, cum prædicto sermone, esse
Henrici de Hassia Senioris /: seu de Langen-
stein :/ verosimile mihi reddunt Bern:
Pezius l: c: et Fabr: Bibl: med: & inf: lat:
p: 278. a quibus eidem scripta ejusdem
argumenti attribuuntur. Certiora dabit,
cui conferendi copia conceditur.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 189

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 449.

5.

Collectio diverſorum ex SS. P.P.

206b – 273b

Collectio diverſorum ex SS. Patribus ſcilicet
Chryſostomo, Caſſiodoro, Baſilio, Gregorio, Am-
brosio, Augustino &c. Incipit: "Chryſostomus
" super Mt. ostendens quomodo predicator
" accendatur ex multitudine auditorum &c."
Fortaſſis eadem est collectio, quam Kropffius
in Bibl. Mellic. p. 224 cuidam anonymo Mel-
licenſi (: ao 1445 :) adſcribit, dicens: "Facit
" vastam collectionem diverſorum ex SS. P.P.
" maxime Sermonibus S. Bernardi in Cantica,
" aliorumque doctorum et ſcriptorum excerpto-
" rum." Quod ſi ita res ſe habet, monendus
eſt lector, Comentarium in Cantica, de quo
numero mox praecedenti dixi, et qui incipit:
Bernardus ſuper cantica Sermone 20. ad
hanc collectionem eſſe referendum.

6.

Sermones de feſtis Purific. & Nativ. B. V. M.

277a – 288b

Sermones de feſtis Purificationis, et Nati-
vitatis B. V. M. Primus incipit: "Postquam
" impleti sunt dies purgacionis Luc 2o In
" hac festivitate loquitur Bernhardus." Ser-
monis primi de Nativitate B. V. initium eſt: "
" Laudate celi exultet terra &c. Bonaventu-
" ra ſuper illo verbo". An ex iis ſint, quos
Pezius, et Fabricius Henrico de Haſſia Se-
niori adſcribunt, neſcio.

7

Francisci de Mayronis interrogationes circa varias et difficiles materias.

289a–297b

Francisci de Mayronis interrogationes cir-, ca varias, et difficiles materias. Absque omni titulo incipit: " Licet multi doctissi mi et probatissimi viri. diverso quidem stilo sed non diversa fide. Innumerabilia opuscula ediderunt. Ita ut difficile sit eo-, rum omnium documenta legere Ca tamen que leguntur propter eloquii venustatem. et difficillimam questionum prolixitatem/ minime intelliguntur. Revera enim dum eo-, guntur propter scripture de me(a) occulta altitudinem vitam /?/ carpare / parvitati nostre ambiguitatem non minimam relin-, quunt. Sunt tamen spirituales viri qui eo-, rum assecuntur eloquium. eorum et pe-, netrant intellectum / Quorum nos concupis-, cenciis satisfacimus preclare tamen eorum sciencie non equamur / ut nos sicut illi in-, telligere valeamus. Quapropter quero te per-, cunctanti mihi Respondeas, et que obscuri-, us (b) faciunt elucidare digneris.

(a) fors legen-, dum: divine?

(b) an non: ob-, scuritatem?

" Primum quero a te. utrum deus trinitas sit et quibus testimoniis adprobes nostere desidero." Totum opusculum in modum dia-, logi confectum est, duoque colloquentes litteris vocalibus a et o in margine deno-, tantur. In fine codex noster mutilus es-, se videtur. Partum autem esse Francis-, ci de Mayronis edoctus sum a Fabricio in Bibl: med. & inf: Latin: Tom: II p: 195. seqq. et Waddingo.

Franciscus de Mayronis, Gallus, Scoti di-, scipulus inter scholasticos Doctoris illumina-, ti, nec non Magistri abstractionum, et Docto-

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 189

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 451.

-ris acuti nominibus notus, Ord: Min: defunc-
-tus est Placentiæ aō 1325. De eo etiam
Trithem: Script: eccl: Cap: 561. Warthon.
in Append: ad Cav: pag: 17. Oudin: T: 3.
Colum: 747. Dupinius Nouv: Bibl: des auth:
eccles: Tom XI pag: 70. Nota ×

× Sed quomodo opus Mayronis esse potest, quod in codicibus ante annos 800 et 600 scriptis legitur, ut mox dicetur?

Casu incidi in appendicem Tomi VI. Opp:
S: Augustini edit: Maurianæ Paris: 1683.
ibique p. 7. conspexi Dialogum LXV. Quæstionum
Orosium inter et Augustinum, qui a capite
ad calcem usque præsens Mayronis est opu-
-sculum. Operæ pretium est, ut admonitionem
inseram, quam dialogo præmittunt docti edi-
-tores. "Extat, ajunt, iste liber in vetustis-
" simis exemplaribus sub titulo Orosii percontan-
" tis, et Augustini respondentis. Veruntamen ut
" præfationis, et interrogationum stilus dissi-
" det ab Orosiana phrasi, ita reliquus sermo
" non convenit Augustino, nisi cum ipsius verba
" recitantur. Congesta huc sunt quæstiones ex
" variis locis. Nam duodecim priores sunt in opu-
" sculo de Trinitate et Unitate Dei, qui inter
" subdititios libros Tomi 8. exhibentur. Aliæ ex
" subsequentibus plures pertinent ad comenta-
" rios in Genesim Eucherii nomine vulgatos.
" Non paucæ etiam ex Augustini libris de Ge-
" nesi ad litteram excerpta sunt. Ad extre-
" mum dialogus clauditur sententia Augusti-
" ni citati in hæc verba: Nam de eo qui præ-
" esse festinat, quidam Patrum eleganter
" expressit dicens: sciat se non esse episco-
" pum, qui preesse cupit non prodesse. Opus
" recognovimus ad Corbejensem codicem ante an-
" nos fere ottingentos scriptum, ad Vindocin: et
" Michaelin: annos habentem ad minus sexcen-
" tos &c: Inscriptiones tulit: Quæstiones Oro-
" sii et responsiones S: Augustini Episc: vel:
Liber dialogorum b. Augustini Ep: percontante
Orosio presbytero, vel non multo alias. Ex qui-
" bus paterit vel Codd mss:, quos Fabricius l.c.

ex Waddingo profert, turpiter mentiri, vel Mayronem exarasse interrogationes ejusdem omnino initii, cujus noster est dialogus; quod aliis discutiendum relinquo. Tandem litteræ a & O in margine positæ denotant Augustinum, et Orosium.

8

Sermones tres. 299a – 310a — Sermones tres. Primus in festo oium SS. incipit: "Merces vestra etc"; alter de S. Magdalena: "Non cessavit osculari;" postremus de dignitate sacerdotali: "Tu eris super domum meam" etc.

Cod: CXC.

Chartac. Fol: Sec: 15. — 2 3.3.

1

Historiæ biblica moraliter exposita. 1a – 8a — Historiæ biblica moraliter exposita, cum rubrica: "Incipiunt hystorie et primo de accedia". Initium est: "Legitur in libro judicum quod Sampson" etc. Idem opusculum continetur in Codice CLXV. n: 6.

2

Sermo de ascensione Domini. 8b – 9b — Sermo de ascensione Domini cujus initium est: "Eduxit eos foras in bethaniam etc: circa dominicam ascensionem quatuor determinantur!

3

Hugonis Argentoratensis compendium theologicæ veritatis. 10a – 104b — Hugonis Argentoratensis compendium theologicæ veritatis in septem libros divisum. Incipit: "Veritatis theologice sublimitas cum superni sit splendoris radius" etc: Mirum est, quantum inter se differant

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 189

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27526

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)